

beat cū raptā cōsentienti, anteq̄ ad locū
tutum restitatur, quāvis matrimonium
validum inter eos consistere nequeat, non
esse circumstantiam mutantem speciem, nec
notabiliter aggravantem, atq; adeo nō esse
opus exprimi in confessione. Quia ratio
quæ Triden. ses. 24. de matrim. c. 6. induxit
ad id matrimonium irritandum, fuit plene
libertas in statu perpetuo desiderata, quæ
minimè in copula militat: & ita ex hoc ca-
pite nulla est specialis prohibitio copulæ,
cōstituens diversam fornicationis speciem.
Quòd si copula illa, vi extorqueatur, erit
distincta luxuriæ species, nepe raptus. At
etiā anteq̄ Tridentinū irritaret matrimo-
nium, ea inerat malitia tali copulæ, & inest
hodie etiam casu quo raptā nō extrahatur
de domo, in quo euentu non est impedi-
mentum matrimonij. Ex quo fit nullam con-
furgere malitiam novam ex talis matrimonij
prohibitione.

18 Tandem inferitur, copulam cum scemina
cū qua nequit validè inire matrimonium,
ratione impedimenti criminis, vt adulterij
cum promissione matrimonij, vel cōtractu
de præfenti, vel homicidio cōiugis (de qua
re in impedimento criminis sermo habebit-

19 tur) nō habere novā circumstantiam expri-
mendam in cōfessione. Quia in copula illi-
cita deficit ratio prohibitionis matrimonij,
nimirū, p̄cna delicti admitti, & ne de-
tur anso capti di morte cōiugis, ad cōtra-
hendū cū adultera. Quid est contra Enri-
quez, cuius sententiam nu. 6. retuli.

Ad argumta nu. 5. proposita respōdetur.
Ad primū dic, addendū esse definitio-
ni illi fornicationis simplicis, modò non sit
aliquid impedimentū dirimens inter cōse-
tes, ex quo aliqua specialis malitia deriuetur
in copulā illicitam: iuxta dicta num. 7.

¶ Ad secundū constat ex dictis nu. 7. ¶ Ad
confirmatōnem constat ex dictis n. 16. ¶ Ad
argumta ru. 6. obiecta, facili est solutio
ex dictis. Ad primū, & duplicem confirmatō-
nem, respondetur per dicta nu. 7. & 15.
& 16. ¶ Ad secundū dic, quāvis ex copula
fornicaria confurgat vitas carnis, sicut ex
matrimoniali: at quia non semper militat
eadem ratio prohibitionis in matrimonio,
& in illa copula, iuxta dicta nu. 7. in de esse
vt ex prohibitione matrimonij non fem-
per deriuetur specialis prohibitio, ac
malitia in copulam forni-
cariam.

DISPUTATIO SEXTA.

Quot sint, & quæ impedimenta dirimentia, & solum impediencia ma-
trimonium: & an convenienter assignentur: & qualiter aliquot ex so-
lūm impediencia in telligantur?

SUMMARIUM.

Proponuntur argumenta suadentia minus
convenienter assignari impedimenta,
nu. 1.

Expediit impedimenta statueri, nu. 2.

Referuntur impedimenta dirimentia, nu. 3.

Traditur ratio convenientis, ac numeri impedi-
mentorum dirimentium, nu. 4.

Quot, & quæ sint impedimenta solum impediencia
sunt, nu. 5.

Qualiter interdicitur Ecclesia impediat: & quis
sit ille qui interdicare potest ad tempus, ma-
trimonium iniri? & quæ sint iustæ causæ? nu. 6.

Sponsalia qualiter aliud matrimonium iniri im-
pediant? nu. 7.

Qualiter baptizatio, vel lenatio proprii filij,
aut alterius coniugis, de fonte, vel sententia in
confirmatōne, impediat? nu. 8.

Quid de presbyteri interfectione? nu. 9.

Quid de solemnī penitentia? nu. 10.

Quid de sanctimonialis ductione? nu. 11.

Quid de proprii filij interfectione? nu. 12.

Soluntur argumenta nu. 13.

Digimus in superioribus disputa-
tionibus de aliquibus præludij
ad omnia impedimenta matrimo-
nij, iam de impis impedimentis
differendum est: primò de impediencia
solum medeinde de dirimentibus. Et videtur
minus convenienter assignari impediencia
matrimonij, quippe est vnicum ex septem
Ecclesie sacramentis; at reliqua nulla im-
pedimenta assignantur. ¶ Secundo quia cū
concupiscentia morbus omnibus commu-
ni sit, medicina à Deo natura instituta,
qualis est matrimonium, nemini interdici
debet.

Cæterum veritas catholica est, expediens
esse vt præter impedimenta iure ipso natu-
ræ matrimonium dirimentia, alia ab Eccle-
sia statuantur. Cōstat, quia Ecclesia multa
impedimenta dirimentia statuit, & cum res
hæc ad fidem & mores pertineat, impium
esset dicere illam errasse. Quare Tridenti-
num Sessio. 24. de matrim. Canon. 4.
anathemate damnat asserentes Ecclesiam in
statuendis impedimentis dirimentibus erras-
se. Deinde, quia in omni rectè administra-
ta republica, expedit maximè leges indici
interdicentes ea quæ rectæ administratio-
ni, ac tranquillitati ipsius aduersantur. Quæ
le esset si matrimonia indebitè celebraren-
tur. Tandem, quia in lege Mosavica ob pu-
blicam utilitatem statuta sunt aliqua impe-
dimenta dirimentia. Vt constat ex Levit. 18.
Deut. 7. Cùm ergo lex illa cessaret, oportuit
Ecclesiam ob eodē fines similia impedi-
menta decernere.

3 Ex his autem impedimentis matrimonij,
quæ iam impediencia tantum appellantur:
quòd matrimonium licet contrahi impe-
diant, ac cōtractū cum illis sit firmum, &
ratum. Alia verò dicuntur dirimentia: non
quasi matrimonium verū dirimant, sed quia
matrimonium de factō, non de iure cū illis
initum, reddant inualidum. Prioris generis
impediencia non aduersantur essentia ma-
trimonij, sed solemnitati, & ornamento ali-
cui accidentario: & ideo illud minimè diri-
munt. Posterioris autem generis, sunt con-
traria ipsi matrimonij essentia, & ideo id
dirimunt. Impedimenta dirimentia ante
iure antiquo sunt duodecim: quibus addi-
di duo alia iure nouo Tridentini statuta;
sunt omnia quatuordecim: quæ his ver-
bis continentur.

*Error, conditio, votum, cognatio, crimen,
Cultus disparitas, vis, ordo, ligamen, honestas,
Sis affinis, si forte coire nequibus,
Si Parochi, & dupliis desit presentia testis,
Raptus ve sit mulier, nec parti reddita tuta.
Hoc socianda veterant connubia, facta retrahit.*
Tres priores versus ab omnibus Doctori-
bus referuntur: duos sequentes addidi, qui-
bus cōprehenderem duplex impedimentū
dirimens nouissimè statutum in Tridentino
Sess. 24. de matr. c. 1. & 6. prius, quādo clam
celebratur absq; Parochi; & duorum testium
præfentia. De quo latè egimus toto lib. 3.
Posterior, quādo à Deo natura instituta,
qualis est matrimonium, nemini interdici
debet. De quo impedimento agam, dum de impe-

dimento raptus quod iure antiquo solum
impedebat, sermonem fecero.

4 Numerus autem, & congruentia horum
impedimentorum optimè colligitur à D.
Thoma 4. d. 34. q. vnicā. ar. corpore. Quia
matrimonij impedimenta sumi possunt ex
parte contractus, aut ex parte cōtrahentiū.
Si ex parte contractus, cū liberū consen-
sum desideret, libertati autem opponantur
error, & violentia, cōfurgit ex hoc capite
duplex impedimentum, nimirum, erroris, &
violentiæ. Et ad impedimentum violentiæ
reducitur raptus impedimentum statutum
à Tridentino. Ex parte autem ipsorum cō-
trahentiū potest duplicimodè matrimo-
nium impediri, aut impeditur, aut respectu
certæ personæ. Si simpliciter, id prouenit
ratione impotentia, quæ contingere potest
tripliciter. Primò, quòd nullo modo possit
actus cōiugalis exerceri: & sic statuitur im-
pedimentum impotentia. Secundo, quòd
non liberè possit: & ita ponitur impedime-
ntum conditionis seruilis. Tertio, quòd non
licetè possit, aut ex obligatione ministerij
suscepti, & sic ponitur impedimentum ordi-
nis: aut ex obligatione voti emisi, & sic
statuitur impedimentum voti. Si autem im-
peditur matrimonium respectu alicuius per-
sonæ, potest contingere, vel propter obliga-
tionē matrimonij initi cū altera personā: &
sic statuitur impedimentū ligamini: vel quia
deficit proportio debita personæ ad perso-
nā. Et hoc tripliciter, primò, ob personarū
distantiā: & ita statuitur impedimentū dis-
paritatis cultus. Secundo, ob nimiam cōiugitio-
nem: & ita cōfurgunt tria impedimenta, ni-
mirū, cognationis, affinitatis, publicæ ho-
nestatis. Vltimò, ob indebitā cōmunionē
præcedentē matrimonium, habitam inter
ipsos cōtrahentes. Et sic ponitur impedi-
mentū criminis. Rursus ex his impedimentis,
quæ sunt de iure naturalia de iure ec-
clesiastico. Alia reddūt personā in habillē ab-
solutè, & proinde respectu cuiuscunq; ma-
trimonij. Vt sunt impotentia, ligamen, ordo,
votū solumne. Alia verò non absolutè, sed
respectu alicuius matrimonij cū certa per-
sona. Hæc sunt, cognatio, affinitas, publica
honestas, cultus disparitas, crimē. Et tandè
alia nec absolutè, nec respectu certæ perso-
næ, sed solum ratione defectus libertatis,
aut solemnitatis necessarii requisitæ, matri-
monium irritant. Hęc sunt, error, conditio,
raptus, defectus Parochi, & testium, violen-
tia. De quibus omnibus sigillatim, in pro-
prijs locis differemus.

Sunt præterea quædam alia impedimenta non dirimentia, sed solum impedientia matrimonii licite contrahi. Duo autem numerari solent, nimirum, interdictum Ecclesie, & tempus feriarum. Alia autem non solent poni seorsum in numerum cum illis. Quod duo illa sint impedimenta distincta omnino à dirimentibus: cætera verò ad dirimentia reducuntur: ut votum simplex ad impedimentum voti solemnitis: sponsalia ad impedimentum ligaminis: catechismus ad impedimentum cognationis: crimina ad impedimentum criminis. Sed maioris claritatis gratia, hæc impedimenta sunt duplicis generis. Quædam non confurgunt ex crimine aliquo: & hæc sunt quinque, quæ his verbis continentur.

Ecclesie votum, nec non tempus feriarum. Atque Catechismus, sponsalia, iungito votum, Impediunt fieri, permittunt fieri a teneri. Primus versus ab omnibus refertur, & similiter ultimus: medium addidi, quo cætera impedimenta ex crimine non orta clauderem. Alia verò ex crimine proficiuntur, & hæc sunt septem: quæ sub his verbis, communiter referuntur.

Incestus, raptus sponsa, mors mulieris, Susceptus propriæ sobolis, mors presbyterialis, Vel si peniteat solemniter, aut moniale. Accipiat: prohibent hæc coniugium sociandum. Annumeratur autem inter crimina, solemnitis penitentia, non quòd crimen sit, sed quia ob crimen imponitur. Prius igitur sigillatim de his impedimentis solum impedientibus differemus: & deinde de dirimentibus. Et quia impedimenta feriarum, voti, catechismi, incestus, raptus, interfectionis vxoris, habent pleraque disputanda, ad sequentes disputationes remittam: in præsentem verò reliqua proposita explicabo.

Interdictum ergo Ecclesie impedit matrimonium contrahendum. Nominè autem huius interdicti potest intelligi prohibitio Ecclesie, ne matrimonia clā ineanant, quæ olim non dirimebantur matrimonia, at iā hodie, si ita clā celebrentur, vel desint Parochus, & duo testes, sunt irrita: si verò solæ desiderantur denunciantiones præuig, & id quidè absque legitima dispensatione, culpa admittetur, valebit tamè tale matrimonium (vt latè diximus lib. 3. tota disp. 5.) Secundo modo, & magis ad rem, intelligitur interdictum hominis ob legitimam causam interdicentis ad tempus, matrimonium iniiri. Vt ad sedandum

scandalum, vel ad discedendum impedimenti obiecti veritatem. Et hoc interdictum impedit matrimonium licite contrahi, non tamen dirimit (vt probauit hoc lib. disp. 2. n. 12. Et tota ea disputatione explicui quòd si prohibitio sit perpetua, dirimat) Quis nam autem sit hic homo, qui potest ad tempus interdicare matrimonium contrahi: non constat inter Doctores. Quidam enim id soli iudici Ecclesiastico tribuunt, cuius est de causis matrimonialibus cognoscere. c. 1. de consanguin. in fine. Sic Goffredus si matric. de matr. contracto contra interd. Eccles. nu. 1. Angelus matrimonium. 3. impedimento. 1. nu. vnicò. Cæterum tenendum est id posse etiam parochum. Quia aliud est causas matrimoniales pertractare: id enim iudiciale earum indignem importat, ac proinde solius iudicis Ecclesiastici est. Et hoc est quod deciditur. c. 1. de consanguin. in fine. Aliud autem est, matrimonium impedire ad tempus: & hoc parochis in cumbit. Vt latè probauit lib. 3. disp. 15. num. 4. Et vltra multos Doctores ibi allegat, id etiam tenent Palud. 4. dist. 34. q. 1. art. 1. num. 10. conclus. 4. A Henricus summa 2. par. lib. 8. tit. 31. art. vnicò. q. 2. D. Anton. summa. 3. p. tit. 1. cap. 16. in principio. Syl. matrimonium. 7. q. 1. dicto. 2. Caiet. summa verb. matrimonium. cap. 1. §. secundum vero caput. Armilla verb. matrimonium. n. 54. Tabiena verb. impedimenti, impedimento. 13. n. vnicò. Petrus de Soto lect. 14. de matr. §. huic proximum est. Nauar. summa. c. 22. nu. 68. Antonius Cucus lib. 5. insit. maioru tit. 12. num. 12. Angles floribus. 1. p. de matr. q. 11. de impedimento ordinis, ar. 2. Matienço lib. 5. recopil. tit. 1. rubricas, glof. 1. n. 146. Philarcus de officio sacerdotis, tom. 1. p. 1. lib. 2. c. 4. Emmanuel Sa sum. verb. matrimonium, vbi de impedimentis non dirimentibus. n. 1. Cauendum est autè ab Angles loco proxime citato, vbi ait hoc interdictum esse impedimentum criminis post Trident. ses. 24. de matr. c. 1. Quod minus verum est, quia non obstat ea prohibitione iudicis, potest feruari solemnitas petita eo. c. 1. vt si Parochus & testes non obstat ea Episcopi prohibitione assistant: vbi ijs presentibus, & inuitis, contrahatur. Causas autem iustas huius prohibitionis assignat bene Antonius Cucus eo. tit. 12. nu. 13. vt si opponatur matrimonium contrahendo impedimentum: vel si prælati credat fore vt magnè rixè oriatur, quas vt cõponat, interdicit ad tempus matrimonium: vel ob festi ueneratione,

- 7 Sponsalia quoque priora impediunt matrimonium. Qui enim sponsalia cum aliqua contraxit, tenetur sub mortali, nisi iusta dissoluitur causa adiret, non trahere ad aliud matrimonium (vt dixi lib. 1. dist. 27. n. 2.) at si transeat, erit validum, vt dixi lib. 1. tota disp. 48.
- 8 Præterea leuatio proprii filii de sacro fonte, quando animo infideli matrimonio fit, ad priuandam alteri coniugem debito coniugali obstat matrimonio in eò, vbi illud dissolutum fuerit: si tamè sic leuans aliud inierit, erit validum. Constat ex. c. de eo. 30. q. 1. quod est de sumptum ex concilio Maguntien. c. 10. ibi. De eo qui filium suum baptizauit, & pro eius eum de fonte suscepit, hæc causa vt dissidium coniugii fuerit: de talibus sic respondendum est. Si coniuges legitimi, vnus aut ambo ex industria fecerint, vt filium suum de fonte susceperint: si prauaricator coniugii superauerit, sine spe coniugii maneat. Et faciat omnes. Atque idem dicendum est, si fiat patrum filii alter coniug tenens eum in confirmatione, eodem animo infideli matrimonio. Quoniam militat profus eadem ratio: & similiter per eum actum contrahitur cognatio spiritualis. Sic D. Anton. 3. p. tit. 1. c. 17. §. 4. Caiet. summa verb. matrim. c. 1. §. secundum vero caput. Armilla ibi: num. 59. Veracruz. 1. p. speculi. artic. 26. concl. 1. Maiolus lib. 3. de irregular. c. 25. nu. 16. §. crimina impedientia. Vgolinus de matrim. c. 20. n. 4. Henriquez lib. 12. de matrim. c. 2. nu. 1. fine. Mariengo lib. 5. recopil. tit. 1. rubrica. glof. 1. n. 143. Ludouicus Lopez. 1. p. instructorij. de matrim. c. 46. §. præterea & annueralle. Graff. 1. p. de decisionum, lib. 2. c. 85. fine. Vidualus candelabro sacram. 1. p. de matrim. nu. 104. Idem dicendum est, si alter cõiug eodem animo baptizet filium. Quia eadem est ratio, & eadem cognatio oritur. Sic Bellarminus lib. 1. de matrim. c. 18. §. sunt præterea. Oportet tamen vt hic filius aut sit communis vtriusque coniugis, aut alterius ab eo qui est patrum, aut baptizat. Quia tunc contrahitur cognatio spiritualis cum altero cõiuge, & infidatio matrimonij: si enim sit filius solius baptizantis coniugis, vel qui est patrum, cum nullà tunc cognationem contrahat cum altero cõiuge, nec debiti petito impediatur, cessat infidatio matrimonij, & quantum ea tunc infidatio intentione adesset, frustranea pronus effert: quare nullum matrimonij impedimentum confurgere ex eo actu.
- 9 Interfectio sacerdotis etiam impedit matrimonium, non tamè dirimit. c. 2. de pœni. &

remis. ibi. Qui presbyteri occiderit, conuictus vsq; ad vltimum vita suæ: epus militis. cingulo careat. & absq; spe coniugij maneat. Et ratio est, quia cum interficiatur sacerdos cuius est huic sacramento interesse, quòd est vt talis interfectio hoc sacramento priuetur. Dubium autem veritatur inter Doctores, an quicquid interfector Presbyteri hac pena plectatur, an potius solus ille qui huius criminis cõuictus est in iudicio? Quibusdā assertibus non desiderari vt is interfectio sit cõuictus in foro cõrentio. Ita Innoc. eo. c. 2. nu. vnicò. statim in principio, videtur sentire: dū ait penitentiarum debere precipere ei interfectori vt abstineat à matrimonio: vnde clarè videtur textum intelligere de interfectore cõuictio in foro penitentiæ. Quæ etiā expositio amplectitur ibi Cardi. n. vnicò. notabili. 1. Et Abbas ibi. nu. vnicò. dist. iudicium proponit hanc intellectum, vel vt sit cõuictus in foro cõrentio: & dicit vtrūque posse sustineri. Et eandè expositione tanquàm probabilem videtur amplecti Rosella verbo impedimentum, impedimento. 8. in principio, Syl. matr. 7. q. 6. dicto. 1. Armilla verb. matrim. n. 59. impedimento. 9. Ludouicus Lopez. 2. p. instructor. de matr. c. 46. §. præterea & annueralle: dicit enim iuxta Abbate secundum vnam expositionem esse necessarium vt interfectio sic cõuictus in iudicio: vnde videtur altera expositionem non rejicere. Et videtur tenere Nauar. summa. c. 22. num. 74. dicit enim occisorem presbyteri puniri hac pena, quantum Abbas exigit eum cõuictum esse in iudicio. Et clarius id videtur sentire Henriquez lib. 12. de matr. c. 2. num. 1. in fine, vbi dicit eum homicidam incurere hoc impedimentum, præsertim si in iudicio cõuictus sit. Et tenet expressè Vidualus candelabro sacram. 1. p. de matr. num. 105. At dicendum est desiderari ad hanc penam incurrendam, vt is interfectio cõuictus sit in iudicio contentio eius criminis. Quia expressè eo. c. 2. petitur vt cõuictus sit: at in foro penitentia nulla est cõuictio. Cum in eo foro, testes, & accusator externus non interfert, fed ipsè penitentis propria sponte culpas fateatur. Et ita sentiunt Prop. eo. c. 2. num. vnicò, super verb. cõuictus, vbi Anton. num. 6. Abbas. nu. vnicò, iuxta vnā expositionem; cui magis accedunt Rosella, Syl. Armilla, Ludouicus Lopez proxime citati, & tenent etiam Sotus. 4. dist. 37. q. vnicò, art. 1. colum. penultima vers. circa hos autem. Palud. 4. dist. 34. disput. 2. fine.

Toledo lib. 7. Summa. c. 15. num. 6. Emmanuel Sa. Summa verb. matrimonium, ubi de impedimentis non dirimentibus nu. 9.

10 Solennis quocumque penitentia ita matrimonium impedit, ut illud minime dirimat. Cōstat ex c. de his, & c. fin. 33. q. 2. quæ sunt ex Ciricio, & Nicolao Pōtificibus. Sed intelligitur, quandiu penitentia illa durat. Quia cum id tempus luctui, & penitentię destinatū sit, dedecet tūc nuptiæ. Sic Paulus. 4. d. 3. q. 1. ar. 2. n. 12. & c. 13. in fin. Durandus. 4. d. 3. q. 2. ar. 2. nu. 6. Sotus ibi, q. vñca. ar. 1. columna. 3. vers. de solemniter penitentibus. Viguierus lib. instit. c. 16. §. 7. vers. 8. fin. Emmanuel Sa. Summa verb. matrimonium, ubi de impedimentis non dirimentibus nu. 10. Immo ita penitentia solemnis nō est in usu, & proinde cessat hoc impedimentum, ut bene Armilla verb. matrimonium. n. 59. impedimento. 10. Barthol. à Le desma dub. 59. de matrim. §. his additur.

11 Deinde sanctimonialē ducenti scienter, interdicitur matrimonio cōtrahendo. Quia delinquens in matrimonium sponsæ Christi, indignus est matrimonio: at si cōtrahat, factum tenet. Constat ex c. hi. ergo. 27. q. 1. quod est ex Concilio Tiburienti. c. 6.

12 Tandē impedimentis impediētibz relatis. n. 5. addunt quidā interfectionē proprii filij: quos tacito nomine refert, nec im-

probat Añsis. Summa. 2. p. lib. 8. tit. 20. art. 1. ad finem. Ducunturq; per c. 1. de his qui filios occidit. ubi de matre filij interfectrice sic dicitur. Mandamus quatinus eam liberetis inducere, et ad aliquod monasterium transeat, in quo perpetua penitentia sua peccata deploret: si autem repugnante carnis fragilitate, ad hanc induci noluerit, ei licentiam nubendi in Domino tribuas. Vbi Glossa finalis ait nō dādam illi licentiā nubendi ob id crimen, nisi incōtinētiā timor subesset. Et Ananias ibi. n. 4. id supponit, dicit enim in dicem in hoc casu permittitur minus malum, ut vitet maius. Et placet hæc sententia.

Ad argumēta. n. 1. proposita respondetur. Ad primū dic alia sacramēta impediri quoque posse, si aliquid ad essentia sacramenti pertinet subtrahatur: at plura assignari impedimēta matrimonio tribus de causis, teste. D. Tho. 4. d. 3. q. vñca. ar. 1. ad 1. Prima est, quia cetera sacramēta vni personæ cōferuntur: at matrimonio duplicē desiderat, & ideo pluribus de causis impedi potest. Secūda, quod de ceteris sacramētis sit præceptū, vel consiliū: at matrimonium indulgetur tāquā bonū imperfectū. Tertia, quod solū matrimonium sit cōtractus, potestq; minus debite iuri in præiudiciū cōmune faciliū vergere. Ad secundū dicit procedere, nisi alia cōcupiscētia remedia superessent.

DISPUTATIO SEPTIMA.

An feriarum tempore interdicitur matrimonium, eius cōsummatio, benedictiones, ac sponsa in sponsi domum traditio?

SYMMARIUM.

1. Quæ sint feriarum tempora actento iura communi, & nouo Tridentini: cur, & an conuenienter interdiciantur tūc benedictiones nuptiarum? nu. 1.
2. An incipiant à vespere diei præcedentis primæ Aduentus dominicæ, & feriam quartam cinerum? nu. 2.
3. An sit mortale eo tempore nuptias benedicere? nu. 3.
4. Quam panam incurrat sacerdos tunc benedicens? nu. 4.
5. An sponsi tunc recipientes benedictiones, sint separandi: an alia plebendi panam? nu. 5.
6. An possit Episcopus dispensare ut tunc recipiantur? nu. 6.
7. An prohibeantur eo tempore sponsalia de futuro? nu. 7.

1. Quid de monitionibus matrimonio præiudicantibus? nu. 8.
2. Quot quæstiones disputandæ sint? nu. 9.
3. An matrimonium iniuri eo tempore, interdicitur? Refertur duplex sententia numer. 10. & 11.
4. Id est licitum, nu. 12.
5. Quid existenti contraria consuetudine? numer. 13.
6. Soluuntur argumenta, nu. 14.
7. An traditio sponsæ in domum sponsi tempore feriarum, sit interdicta? Refertur sententia asserens, nu. 15.
8. Sola traditio solemniter interdicta est, numer. 16.
9. Quid intelligatur nomine traditionis solemniter: an coniuia, & alia lætitiæ signa? nu. 17.

1. An id sit mortale actento consuetudine? nu. 18.
2. An excusetur qui benedictiones suscipiunt ante feriarum tempus: at traditioem, coniuia, & alia lætitiæ signa in id tempus differunt? nu. 19.

3. Soluuntur argumenta, nu. 20.
4. An feriarum tempore vetitum sit matrimonium confirmare, siue petendo, siue reddendo? Et excusetur coniux debitum negans? Refertur sententia asserens cum quibusdam temperamentis, nu. 21.

5. Refertur alia sententia, nu. 22.
6. Proponitur vera sententia, nu. 23.
7. Satisfit argumentis, nu. 24.

1. Vm quoddam ex impedimentis solū impedientibus disp. præcedēti, numer. 5. relatis, sit feriarum tempus: discutere oportet quod nam illud sit: & quid eo interdicitur. Totaq; hæc disputatio versatur in explicatione. c. capellans, de feriis. c. nō oportet, 1. & 2. c. nō licet. nec vxorem. 33. q. 4. & Tridentini sēf. 24. de matrim. c. 10. ubi solēnitates nuptiarū, certis temporibus interdiciuntur. Et quidem iure veteri pluribus tēporibus interdici bātur: nēpe, ab Aduentu ad Epiphaniā: à Septuagesima ad Octauā Paschatis: à diebus Rogationū ad octauā Pentecostes, ut constat ex textibus super allegatis. Erat autē non modica difficultas, an vltimæ dies octauarū Epiphaniæ, & Pentecostes comprehendere. Vt videre potest apud Syl. matrim. 7. tota. q. 1. Ratio autem eius prohibitionis fuit, teste D. Tho. 4. d. 3. q. vñca. ar. 5. quæstioncula. 4. corpore, quem omnes sequitur. Quod tribus illis Paschatum temporibus olim communio esset in præcepto, ex concilio Agathensi, canone. 18. Solemnitates autē nuptiarū vehemēter animos à spiritalibus auocant, ad carnaliaq; trahunt: cū in illis cōiuiua fieri, & multa alia lætitiæ vanæ signa exhiberi soleant. Quia propter ijs temporibus vitæ sunt, ut vel sic à carnalibus his abstinētes, se se homines colligerent, cōmunioni; paratiores redderent. Nec tamen ea fuit sola ratio huiusmodi prohibitionis (ut bene probat Bellarminus lib. 1. de matrim. c. 31. §. adde quod) sed etiam ea esse festa omnium toto anno occurrenceum celeberrima: quare placuit Ecclesiæ fideles ab his abstinere, quod aptius ieiunijs, ac orationi vacarent, quæ id tempus maxime decet. At iam Tridentinum eam prohibitionem temperans, solū interdixit ab Ad-

uentu ad Epiphaniā: & à feria quarta Cinerum vsq; ad octauam Paschatis. Sic enim ait versio. 24. de matrim. cap. 10. ab Aduentu Domini nostri Iesu Christi vsq; in diem Epiphaniæ, & à feria quarta cinerum vsq; in octauam Paschatis inclusiue, antiquas solemnium nuptiarum prohibitiones, diligenter omnibus obseruari sancta Synodus præcipit: in alijs verò temporibus nuptias solemniter celebrari permittit. Quare confutatur error Rēnitij, & Caluini hæreticorum nostri temporis: ille enim damnat hanc prohibitionē, quod causa iam cessarit, quæuis à principio iusta fuerit. Iam enim cōmuniō solo resurrectionis tempore est in præcepto. c. omnis vtriusq; sexus, de penit. & remis. hic autē impudentius illam simplicitet condēnat. Sed prior error ex dictis facili cōiucitur: cum non fuerit cōmuniō sola causa eius prohibitionis. Posterior autem, rejicitur etiā ex causis iustissimis assignatis, ob quas Ecclesiā ducta est ad prohibendum. Quare Tridentinum sēf. 24. de matrim. canone. 11. eum errorem anathemate damnat. Possēt tamen quispiam dubitare, an in ipsa Epiphaniæ die liceat hodie nuptias solemniter celebrare? quod Tridentinum in prædicto cap. 10. solū prohibuerit vsq; in diē Epiphaniæ, nec addiderit inclusiue, sicut addidit octauæ Paschatis. Verū dicendū est absq; dubio cōprehendi in ea prohibitionē ipsam Epiphaniæ diem. Quod bene docet Emmanuel Sa. Summa verb. matrimonium, ubi de impedimentis non dirimentibus nu. 2. Clarēq; probatur, quippe Tridentinū eo. c. 10. statuens tempora huius prohibitionis, dixit ea esse ab Aduentu vsq; ad Epiphaniā, & à feria quarta cinerum vsq; ad octauam Paschatis inclusiue: quod cū sub vna clausula contineatur, non est cur dicamus particulam, inclusiue, minime referri ad vtrumq; prohibitionis tempus eadem clausula inclusum: sed vel maxime quod est iure antiquo ea dies sub prohibitionē cōtineretur, expresse excludenda esset, ut censeretur ius antiquum correctum quoad eam diem. Chim iuris correctio in dubio tanquam odiosa, vitanda sit. l. præcipimus, in fine cap. de appellat. l. Sancimus cap. de testamentis.

Apparentius autem dubiū est, num dies immediatæ præcedentes primam aduentus dominicam, & feriam quartam cinerum, comprehendantur à vespere, sub prohibitionē Tridentini sēf. 24. de matrim. c. 10. ac proinde ab eo tempore interdiciantur nuptiarum

solēnitates? Et quidem de feria quarta cernū nulla prolixus est difficultas, sed prohibitio incipit à media nocte illius ferie quarta: Quia totum officium diei præcedentis, etiam completorium, minimè pertinet ad diem sequentem. De Aduentu autē est difficultas, quia per se officium Aduentus incipit à vespers sabbati præcedentis: quanuis per accidens fiat aliquando sola commemoratio propter festum maius occurrens. Atque ita attentio iuris rigore, nisi consuetudo declarasset alicubi incipere à media nocte Dominicę, dicendum esse affirmat, Palud. 4. d. 32. q. 1. ar. 4. num. 16. D. Anton. 3. par. tit. 1. c. 17. ad ff. Rosella verb. impedimentum, impedimento. 17. num. 3. Sylu. matrimonium. 7. q. 2. dicit. 4. Tabiena verb. impedimentum, impedimento. 14. n. 3. q. 2. Et quanuis ante Tridentinum scripserint, at ius antiquum. c. non oportet, el. 2. 3. q. 4. eisdem verbis quibus Tridentinum in hac prohibitionē vitur, ibi: *Ab Aduentu Domini*. Et Antonius Cucus lib. 5. institucionum maiorum. tit. 12. n. 7. ait etiā post Tridentinum consuetudine alicuius Ecclesię non seruante oppositum, tempus Aduentus in hac prohibitionē incipere à primis vespers sabbati præcedentis: in feria autem quarta cernerum, à media nocte illius ferie, & ita credo esse verum. Quanuis Caualeanus in suis decisionibus. 2. par. decisio. 12. de contractibus, quę in ordine est. 58. nu. 19. dicat, vbi consuetudo aliud nō exposuerit, incipere etiam tempus Aduentus à media nocte, quę est initium diei primę dominicę Aduentus, quia tunc re vera incipit Aduentus.

Et quidem in his feriarum temporibus benedictiones nuptiarum prohibitas esse, dubitat nemo. Quia consuetudo totius Ecclesię id testatur, dum textus allegati. n. 1. prohibent eo tempore solemnitates nuptiarum, intelligi solennes earum benedictiones, quas vulgo velaciones vocat. Quare culpa esset lethalis, huic præcepto contravenire. Nam tanquam de re graui semper intellexit Ecclesia. Idq; non obscure significauit Tridentinum, dum sess. 24. de matrim. lib. 4. tit. 17. q. 1. Sylu. matrimonium 7. q. 2. d. 1. Caiet. summa, verb. nuptiarum peccata. Armilla verb. nuptiæ, nu. vnic. Na-

uar. summa. c. 22. n. 71. Ludou. Lopez. 2. p. instruct. de matrim. c. 46. fin. Petr. de Ledesma de matr. q. 50. ar. vnic. col. antep. Manual. 1. tom. summa. 2. editione. c. 24. n. 4. Vega. 2. tom. summa. c. 34. casu. 179. Nec audiendum esse existimo Barthologum à Ledesma de matr. dubio. 60. §. sed dubitatur, vbi dicit cessante scandalo, & contemptu non esse peccatum mortale. Cui valde fauent Cai. & Armilla nuper allegati, reddunt enim rationem, cur culpa lethalis sit, quod publicè cum fiant benedictiones, nō potest non scandalum suboriri, ac contemptus adesse. Verum non ex scandalo, & contemptu, quæ omnibus generalia sunt ad culpam constituendam, sed ex præcepti natura, & grauitate, quam Ecclesię consuetudo, & verba Tridentini testatur, culpa hæc lethalis contrahitur, sicut cessante scandalo, & contemptu cetera præcepta Ecclesiastica rei grauis, vt audiendi sacri, ieiunandi, obligant sub mortali.

Quare sacerdos aduersus hoc præceptū benedicens nuptias eo tempore vitur, graui peccata peccendus est, arbitraria tamen: cui nulla in iure præscripta sit. Ea autem quę iure definita non sunt, arbitrio iudicis demandantur, vt latè probat Menoch. lib. 1. de arbit. procem. n. 3. & duplici scanda- lo, & contemptu cetera præcepta Ecclesiastica rei grauis, vt audiendi sacri, ieiunandi, obligant sub mortali.

Sponsi verò ipsi id præceptum transgredientes, sunt in delicti penam ad tempus separandi, vt expressè habetur. c. non oportet, el. 2. 3. q. 4. vbi dicitur, his separandos esse. Et glo. verb. separantur, ait ad rēpus. Idemq; docent Abbas. c. capellanus. nu. 4. in fin. de ferijs. Palud. & D. Anton. nu. præcedenti allegati. Aftenfus summa. 2. p. lib. 8. tit. 30. art. vnic. q. 2. Sylu. matrimonium. 7. q. 2. d. 6. Rosella, verb. impedimentum, impedimento. 17. initio. Tabiena, verb. impedimentum, impedimento. 14. q. 1. nu. 2. lex 18. tit. 2. p. 4. & ibi Greg. Lopez, verb. en la manera. D. Tho. 4. d. 32. q. vnic. ar. 5. Gaeta repetitione. c. ad limina. 30. q. 1. §. 4. n. 549. fin. Id autem tempus quo separandi sunt, est dum feriarum tempus quo interdicitur sunt nuptiarum solemnitates, durat. Vt bene tradunt Abbas. Rosella, Sylu. Tabiena, Gregor. Lopez ibidem. Est tamen hoc tempe-

randum

randum, nisi esset periculum incontinentię in alterutro coniuge, tūc enim à separatione prædicta abstinentum esset, aliaq; poena iniungenda. Sic Palud. D. Anton. Rosella, Syl. Gaeta proximè citati. Turrec. d. c. non oportet, sine. Et dixi in alio simili, hoc lib. disp. 2. num. 14. Et in hoc casu verum est quod docent Salzedo eod. cap. 74. sine, & Manuel num. præcedenti relati, dicentes esse hos sponfos poena arbitraria puniendos. Secundum hoc temperat Tabiena, nisi iam matrimonium consummatum sit. Tūc enim separandi minimè sunt. Quippe matrimonio semel consummato non amplius peccat coeundo. Verum id temperamentum admittendum non est. Quia huius separationis ratio, non est culpa coitus, ille enim in eo tempore semper vacat culpa (vt probabimus nu. 23.) Sed culpa suscipiendi benedictiones contra Ecclesię interdicitū, cui culpa: ea poena iure indicta est. Et ideo merito ceteri Doctores allegati, id temperamentum non apponunt.

Verum autem possit Episcopus in hac prohibitionē dispensare, discordat Doctores. Affirmant quidam ex causa valde vrgenti posse, cauendo ne populi frequentia adit, nec alie consuetæ solēnitates interueniant. Vt si quispiam puellam pauperē nollet dotare, nisi statim solennes benedictiones reciperet sic tenet Sorus. 4. d. 32. q. vnic. ar. 3. sine. Verac. 1. p. specul. ar. 14. fin. Bartholomæus à Ledesma dubio. 60. de matr. §. sed dubitatur. Grassus. 1. p. decisionum, lib. 2. c. 85. nu. 29. & refert Synodum Neapolitanā c. 46. dicentem ordinarium ob humana pericula, facillè, & gratis eam licentiam concedere posse. Idē docet Emmanuel Sa summa verb. matrimonium, vbi de impedimentis nō dirimentibus nu. 11. Et facit valde quod refert Bellamerc. capellanus, in fine, de ferijs, vbi ait consueuisse Episcopos quādoq; dispensare. Alij negat. Quia prohibitio hæc est Clem. 3. c. capellanus, de ferijs. & Tridē. sess. 24. de matr. c. 10. At inferior nequit in lege superioris dispensare. Sic Cardin. c. capellanus. q. 1. in fine, de ferijs. Henricus Botheus, quem refert, & sequitur Enriquez lib. 11. de matrim. cap. 16. num. 2. in cōment. littera. T. & lib. 12. cap. 2. num. 1. in cōment. littera. E. vbi oppositam sententiam falsam appellat. Sed sic distinguendum est, iure ordinario nequit, vt clarè probat ratio proximè allata. Quare Nauar. summa Latina. c. 22. num. 70. in fine dixit se nunquam sansum fuisse dicere posse Episcopum dispē-

sare in denunciationibus matrimonio non præmittendis, donec Tridentinū sess. 24. de matr. c. 1. id ipis indulsit. Quod præceptū eas præmittendi, sit Cōcilij Lateranensis. At in casu valde vrgenti vbi non esset recursus ad Pontificem, posset vtiq; Episcopus. In eo enim euentu potest Episcopus in lege cōcilij, & Pontificis dispensare (vt latè probauit lib. 2. disp. 40.) Et sic intellecta prior sententia, est vera. Quanuis fatear Doctores illius videri sentire posse iure ordinario. Nā omnes solum sequuntur, qui clarè hoc sentit: ea enim ratione vitur, quod possit Episcopus in sua diocesi dispensare, nō aliter quam Pontifex in vniuerso orbe, quoties dispensatio non est sibi in aliquo casu specialiter à Pontifice interdicta: vt contingit in hoc casu. Nam nec Pontifex, nec Tridentinum dispensationem hæc sibi reseruant. Sed quanuis fundamentum sit verissimum, at eò ipso quod lex editur à Pontifice, vel concilio, nec conceditur dispensatio, nequit Episcopus dispensare, sed censetur reseruatā dispensatio, propter id principium generale, inferior nequit in lege superioris dispensare. De quo consulendus est latè Duenas regula. 248. statim in principio. Et latè tractat lib. sequenti, disput. Karlsimè tamen existimo posse eum casum tam præsentem necesse sitis cōtingere, vt possit Episcopus dispensare in hac prohibitionē.

Similiter constat inter omnes (vt bene ait Syl. matrimonium. 7. quest. 2. dicto. 4.) non prohiberi eo feriarum tempore sponsalia de futuro. Quia nullus est textus ea interdicens.

Denunciations etiam matrimonio præmittendas, constat posse tunc fieri. Quoniam nullus textus eas vetat eo tempore. Et ita affirmant Philiaricus de officio sacerdotis, tom. 1. p. 2. lib. 2. c. 4. Caluacanus in suis de constitutionibus. 2. p. decisio. 12. de contractibus, alijs in ordine, decisio. 58. nu. 17. Bartholomæus à Ledesma dubio. 60. de matrimonio. §. animaduertere hic oportet. Vega. 2. tom. summa. c. 34. casu. 178.

Tria autem veruntur in dubium. Primū, an ipsum matrimonium iniuri eo tempore pronubiatur? Secundum, de vxoris traditione, conuiuijs, alijsq; lætitijs signis. Tertium, de matrimonij consummatione.

Questio prima. An feriarum tempore sitciturum sit matrimonium contrahere? Quidā interdicitum esse aiunt. Ducuntur, quia

C 4

debet

debet celebrari in facie Ecclesie, & non clam. At in facie Ecclesie non permittitur eo tempore, sicut nec benedictiones nuptiales. Secundum quia cap. nec vxorem. 33. q. 4. quod est Nicolai Pontificis, expresse interdicit matrimonium, ibi. *Nec vxorem ducere*. Et c. nō oportet, el. 2. eadem causa, & q. quod est ex concilio Ilerdensi, ibi, *Nō oportet a septuagesima, & c. nuptias celebrare, quod si factum fuerit, sepaventur*. Idemq; habetur. c. non oportet, el. 1. & c. nō licet, eadem causa, & q. Tertium, quia c. capellanus, de ferijs, prius dicitur consuetudinem Ecclesie habere vt matrimonium quocūq; tempore contrahatur: & postea feriarum tempore numerato iubetur nuptias tunc suspendi. Huius sententia videtur clarē. D. Thom. 4. d. 32. q. vnica, art. 5. quæstiuicula 4. ad 1. vbi dicit celebrationem matrimonij habere aliquam mundanam latitiam, & carnalem, quod in alijs sacramentis non reperitur, & ideo illius celebrationem prohiberi, cum cætera sacramenta tūc sint permissa. Eiusdem videtur Ricard. 4. d. 32. art. 5. q. 1. quāuis enim in corpore, duplici relatione sententia neutram definiat: at in solutione ad 1. proposito argumento cæterorum sacramentorum, quæ nullo tempore prohibentur, respondet matrimonium non prohiberi ea ratione qua sacramentum est, sed ratione festiuarum celebratū que in nuptijs reperiri solēt: vbi clarē supponit sacramentum matrimonij tunc interdici ob has celebritates. Et in hanc magis videtur inclinare Astenfis summa. 2. p. lib. 8. tit. 3. o. ar. vnico. q. 1. Et tenent aliqui Doctores antiqui, teste Ioann. Andrea. c. capellanus. n. 3. de ferijs. Eandem tenent Hostiensis summa tit. de matrim. contra cōtra interdicitum Eccl. n. 3. paulo post principium. Palud. 4. d. 32. q. 1. art. 4. nu. 18. Et ibi Maioris. q. 2. fine. Matienço lib. 5. recap. tit. 1. rubrica. gloss. 1. nu. 147. Cenedo in collectaneis iuris, collectanea. 22. nu. 2. Margarita confessorum dicens esse mortale eo tempore matrimonij inire, in sua summa, fol. 10. pagin. 1. Et esse veniale sub veniali, videtur tenere Manuel. 1. tom. summa. 2. editione. c. 241. nu. 4. vbi dicit non esse mortale eo tempore contrahere.

11 Alij sentiunt non solum eo tempore prohiberi matrimonium, sed esse irritū, si tunc contrahatur. Quia est contra interdicitum Ecclesie. Sic tenent aliqui antiqui, quos ta cito nomine refert gloss. c. vir cum propria §. hinc etiam, in fine. 33. q. 4.

12 Cæterum omnino tenendum est, id nullatenus interdictum esse, si absq; magna solemnitate, & pompa fiat (de qua solemnitate. nu. 16. & sequentibus sermone facit.) Quod primò probat ipsa Ecclesie consuetudo, passim enim his temporibus matrimonium inuentur conuuentibus prælatis, nec punientibus parochos qui interfunt. Dein de, quia nullibi id prohibitum reperitur (vt constat ex dicendis. nu. 14. vbi contrarijs argumentis satisfiet.) Imò. c. capellanus, de ferijs, affirmatur consuetudine Ecclesie id attestante, posse omni tempore matrimonium celebrari. Tertium, quia non expedit vt pia mater Ecclesia matrimonium tot temporibus prohiberet iniri, daretur enim anfastunc admittendi plurima carnis peccata, cū non possent homines tunc matrimonio copulari, quod in concupiscentia remedium est institutum. Et ideo hanc sententiam sustinent gloss. c. vir cum propria §. hinc etiam, in fine. 33. q. 4. & cap. capellanus verb. quocūq; de ferijs. Et ibi Anton. n. 9. Baldus in fine, Abbas referens Tancredum. nu. 2. Immo. n. 1. notabili. 1. Rainerius summa, tit. de impedimento feriarum, in principio. Goffredus summa tit. de matrim. contra cōtra interd. Eccl. nu. 2. Albericus in suo dictionario, littera. I. verb. impedimentum 17. initio. Henricus. c. fin. nu. 3. de frigid. & malefic. Ioannes de Friburgo summa confessorum, lib. 4. tit. 17. q. 1. Rebutius praxi beneficiorum, regula de dispensatione in gradibus prohibitis, gloss. 5. nu. 55. Rosell. verb. impedimentum, impedimento. 17. initio. Angelus matrimonium. 3. impedimento. 2. ad finem Syl. matrimonium. 7. q. 2. dicto. 5. Tabiena verb. impedimentum, impedimento. 14. nu. 1. & 2. Armilla verb. matrimonium nu. 62. & verb. nuptia nu. vnico. Naua. summa. c. 21. nu. 71. Lex. 18. tit. 2. p. 4. & ibi Montaluis in fine. Grego. Lopez ibi, verb. per palabras. Turrecrmeta. c. non oportet, el. 1. ar. 1. nu. 1. & c. nec vxorem nu. vnico. 33. q. 4. Gaeta repetitione. c. ad limina. 30. q. 1. §. 4. nu. 548. & sequenti. Maiolus lib. 3. de irregul. c. 25. nu. 17. §. ferie. Antonius Cucus lib. 5. institutionum maiorum, tit. 12. n. 8. Caluacanus in suis decisionibus 2. p. decif. 12. de contractibus, & in ordine decisione. 58. nu. 17. Spino Speculo testam. gloss. 15. principali nu. 20. Et ex Theologis. D. Bona. 4. d. 32. art. 4. q. 1. D. Anton. 3. par. tit. 1. c. 17. paulo post principium. Caie. summa verb. nuptiarum peccata. Abulens. c. 5. Matth. q. 242. in solutione ad. 1. Petrus de

Soto lectio. 14. de matrimonio. §. huic proximum est. Viguerius lib. institutionum. c. 16. §. 7. vers. 8. Venacrus. 1. p. speculi, art. 14. concl. 2. frater Alexander in suo Enchiridion. 2. p. p.cepto. 6. vbi de statu matrimoniali. §. contrahere. Bellarminus lib. 1. de matrim. c. 31. ad finē. §. in altero. Enriquez lib. 11. de matrim. c. 6. nu. 2. Emmanuel Sa summa verb. matrimonium, vbi de impedimentis non dirimentibus, nu. 2. Philarcus de officio sacerdotis, tom. 1. p. 2. lib. 2. c. 4. Petrus de Ledesma de matrim. q. 50. art. vni co, colūna penultima. Bartholomæus à Ledesma de mati. dubio. 60. §. animaduerte. re hic oportet. Grassis. 1. p. decisionum, lib. 2. c. 85. nu. 28. & 2. p. lib. 2. c. 14. nu. 15. Vega. 2. tomo summa. cap. 34. casu. 178. & sequenti.

13 Id tamen fatendum est, si alicubi consuetudo viguisset, vt nec matrimonium his feriarum temporibus liceret, illa standum esse. Quia consuetudo legitima vim legis obtinet. c. finali. de consuetud. Sic D. Anton. Sylu. Antonius Cucus nu. p. precedenti allegati. Ouandus. 4. d. 32. disp. vnica, fine.

14 Ad argumenta nu. 10. proposita respondetur. Ad primum dic, posse contrahi in facie Ecclesie corā parocho, & testibus, absq; benedictionibus nuptialibus, & alijs festiuis solemnitatibus, nec id esse veritum. Ad secundum explicat Abbas, Syl. illud. *Nec vxorē ducere*, id est, traducere: at textus cæteri non prohibent absolute nuptias, sed illarum celebrationem, quæ fit per benedictiones, & alias festiuis solemnitates. Ad tertium dic ijs temporibus suspendi nuptias, quoad earum celebritatem, non tamen quoad eas absq; solemnitate contrahendas.

15 Quæstio secunda. An traductio sponsi in sponsi domum, feriarum tempore interdici sit? Duplicem inuenio sententiam. Prima, omnē traductionem etiam absq; solemnitate interdiciam esse ait. Tum, quia textus Nicolai Pontificis. c. nec vxorem. 33. q. 4. absolute prohibet eo tempore vxorē ducere: id est, traducere: vt nu. p. precedenti explicauimus. Tum etiam, quia ex ipsa traductionis nouitate animus circa carnales, ac venereas voluptates magis occupatur. Id tenent expresse Syl. matrimonium. 7. q. 2. post. 5. dictum, dubio. 2. Rosella verb. impedimentum, impedimento. 17. initio. Venacrus. 1. p. speculi, art. 14. concl. 4. Bartholomæus à Ledesma de mati. dubio. 60. cōcl. 3. Antonius Cucus lib. 5. instit. maiorum tit. 12. nu. 9. Grassis. 2. p. decisionum, lib. 2.

c. 13. num. 15. Idem videtur tenere alij, qui indistincte, & absolute docent traductionem prohiberi. Sic Glossa. c. vir cum propria §. hinc etiam, ad finem. 33. q. 4. Abbas, c. capellanus, num. 4. ad finem, de ferijs. Et ibi Cardin. ad finem. D. Bona. Rainerius, Albericus, Hæricus, Caiet. Ricardus. D. Anton. Ioannes de Friburgo, Petrus de Soto, Viguerius, Maiolus, Emanuel Sa. nu. 12. allegati. Armilla verb. nuptia nu. vnico. Tabiena verb. impedimentum, impedimento. 14. nu. 1. Lex. 8. ti. 2. p. 4. & ibi Greg. Lopez verb. velar. Turrec. c. non oportet, el. 1. 33. q. 4. ar. 1. nu. 1. Nauar. summa Hispana. c. 22. nu. 71. Manuel. 1. tom. summa. 2. editione. c. 241. nu. 4. Petrus de Ledesma de matrim. q. 50. ar. vnico, col. antepenultima.

16 Secunda sententia (quam veriolem existimo) ait solam solemmem traductionem sponsi in sponsi domum prohiberi. Quia nimia mentis euagatio deducens illius temporis sanctitatem minime reperitur in traditione absq; solemnitate, & festiuis vanæ letitiæ signis. Quod & ipsa consuetudo hinc esse testatur: eò vel maxime quòd matrimonij cōsummatio qua traductioni oblarari possit, nō est eo tempore interdici, vt nu. 2. 3. probabimus. Atq; ita tenet Goffredus summa tit. de matrim. contra cōtra interd. Ecclesie nu. 2. Hostiensis referens Tancredum. c. capellanus nu. 2. in fin. de ferijs. Et summa tit. de mati. contra cōtra interd. Eccl. nu. 3. paulo post principium. Astenfis summa. 2. p. lib. 8. tit. 30. ar. vnico. q. 1. Palud. 4. d. 32. q. 1. ar. 4. nu. 17. Angelus matrimonium. 3. impedimento. 2. ad finem. Nauar. summa Latina. c. 22. nu. 71. Hispana. c. 28. additione ad eundem num. Gaeta repetitione. c. ad limina. 30. q. 1. §. 4. nu. 549. fine. Caluacanus in suis decif. 2. p. decif. 12. de contractibus, & in ordine. 58. nu. 17. & duplici sequenti. Grass. 1. p. decisionum, lib. 2. c. 85. nu. 28. Alexander in suo Enchiridion. 2. p. p.cepto. 6. vbi de statu matrimoniali. §. si à dominica. Paulius de officio sacerdotis, tom. 1. p. 2. lib. 2. c. 4. Bellarminus lib. 1. de matrim. c. 31. ad finem. Ludouicus Lopez. 2. p. infru. de matrim. c. 46. fine. Vega. 2. tomo summa. c. 34. casu. 179.

17 Quod si quæras, quid intelligatur nomine traductiois solemnis prohibita eo tempore? Dicam intelligi coniuuiū, & alijs vanæ letitiæ signis comitatum traductionem. Atq; ita. c. nec vxorem. 33. q. 4. vbi dicitur non licere tunc vxorem ducere, subditur,

Nec conuiuia facere. Item, quia hæc vana læticia signa sunt que nimiam mentis euagationem i tempus dedecentem, secum afferunt: quæ causa est illius prohibitionis. Ac proinde tunc ea conuiuia, & vana læticia signa prohibita esse, affirmant Hugo. c. non oportet. el. 1. 33. q. 4. & ibi Archid. n. vnico, Turrecibi, art. 2. sine, in expositione litterarum, & d. e. nec vxore. nu. vnico. Supplementum Gabrielis. 4. d. 32. q. vnica, art. 5. sine. Rebutus præxi beneficiorum, regula de dispensatione in gradibus prohibitis, gloss. 5. nu. 55. Palud. Angelus, Gaeta, Caliacanus nu. 17. Bellarminus nu. præcedenti allegati. Caiet. summa verb. nuptiarum peccata, Arm. verb. nuptia. nu. vnico. Nauar. summa Hispania. c. 22. nu. 71. & c. 28. additione ad eundem nu. Emmanuel Sa summa verb. matrimonium, vbi de impedimentis non dirimendis, nu. 2. Petrus de Ledesma de matrim. q. 50. art. vnico, columna antepenultima. Grassi. 2. p. decisionum, lib. 2. c. 15. nu. 14. Vega. 2. tom. summa. c. 34. tit. 179. Manuel. i. tom. summa. 2. editio. nu. c. 247. nu. 4.

18 Si rursus roges, quale peccatum sit hæc diebus vxorem tradidit, conuiuia solemniter facere, aliaque secularis læticia signa exhiberet. Plerique, absolutè loquentes de vxoris traditione, dicunt eam esse lethale peccatum. Sic Ioannes de Friburgo, Tabiena, Viguerius nu. 1. allegati. Nau. summa Hispania. c. 22. nu. 71. Alij verò dicunt traditionem solemnem esse peccatum lethale. Sic Angelus, Alexander, Ludouicus Lopez, Vega nu. 16. relati. Nauar. summa Latina. c. 22. nu. 71. Vnde conuiuia splendida eo tempore fieri ad nuptiarum solemnitatem, sub mortalibus peccatis affirmant Nauar. summa Hispania. c. 22. n. 71. Angelus, Petrus de Ledesma, Manuel, Vega. n. præcedenti allegati. Nec obsecrè id significant Cai. summa, verb. nuptiarum peccata, Armilla verb. nuptia. nu. vnico, dicentes nuptias tria importare, nempe, benedictionem coniugum, traditionem sponsæ, & solemnitatem conuiuij, ac violantes hoc statutum reos esse culpæ lethalis. Et potest probari, quia benedictiones matrimonij non prohibentur ratione sui: cum sint quæ spiritualia, ac proinde tempus deuotionis dicatur minimè dedecent: sed propter conuiuia, & alia secularia tunc interuenire solita, quæ mentem a diuinis auocant. Vt clarè colligitur ex D. Thoma. 4. d. 32. q. vnica, art. 5. quaestiuicula. 4. corpore, & ibi Ricardo art. 5. q. 1. ad. 1. Et

docent expressè Caiet. & Armilla nuper citati. Ergo fortius hæc prohibentur argumeto deducto ex authentica multò magis, e. de Episcopis, & clericis. Alij autem non ita rigidè loquuntur, sed traditionem sine solemnitate, culpæ venialis damnant. Sic Bartholomæus à Ledesma de matrim. dubio. 60. conclus. 3. imò idem de traditione solemnij, modò scandalum cesser, tradit Vera cruz. 1. p. speculi, art. 14. concl. 3. Atque sola conuiuia, & alia læticia signa, absque vxoris traditione, nullam esse culpam affirmat Tabiena verb. impedimentum, impedimentum. 14. q. 1. nu. 2. ratione generalis consuetudinis hæc permittentis. Verùm (vt meam sententiam explicem) solas nuptiarum benedictiones hoc tempore veritas esse sub mortali existimo. Quia generali consuetudine receptum esse video, vt sponsæ eo tempore in sponsi domum tradantur, conuiuiaque fiant, ac alia læticia signa præbeantur coniuuentibus prælatis. Quare si hæc moderata sint, nullam culpam agnosco, si aliquatulus sit excessus, solum venientem mortalem autem, minimè, nisi vbi nimius effect excessus, ita vt sanctiæ prædictorum temporum notabiliter detraherentur: & ansa notabilis iure optimo offensionis ac scandali, spectantium animis turbaretur, vnde Palud. 4. d. 32. q. 1. art. 4. nu. 17. mitis est loquutus, dicens prohiberi nuptiarum celebrationem his temporibus, ob lasciuias, & multas insolentias ijs valde dissentaneas. Quamuis enim iura rigidè loquantur: vt constat ex. c. nec vxorem. 33. q. 4. vbi vxore duci, ac conuiuia fieri, absolute prohibetur: at generalis consuetudo hunc iuris rigorem temperauit, & ferè ad solam nuptialium benedictionum prohibitionem reduxit.

Hinc inferitur temperandum esse quod tradunt Caiet. Armilla, Manuel, Vega nu. præcedenti allegati. Et Petrus de Ledesma de matrim. q. 50. art. vnico, columna penultima, nimirum, eos non esse gerè legis transgressores, qui ante feriarum tempus, nuptiarum benedictiones suscipiunt, & conuiuia, celebritatesque, festiuitas in id tempus faciunt, quasi illis solis prohibitis, hæc permissa sine. Quòd potius hæc prohibeatur. Sed temperandum (inquam) est, iuxta nu. præcedenti tradita: vbi explicuimus quando nulla, & quando venialis, atque quando culpæ mortalis sit, hæc eo feriarum tempore celebrare.

Ad argumenta nu. 16. proposita respondetur, Ad primū dic ex ratione textus col-

ligi intelligendum eum esse de solemnij traditione, vt probauit, nu. 16. Et esto ita rigidè intelligeretur, ac consuetudo iam explicitè solam solemnem traditionem comprehendit. Ad secundum, constat ex dictis nu. 16. non enim tanta mentis euagatio reperitur in traditione non solemnij.

21 Quæstio tertia. An feriarum tempore interdictum sit matrimonium consummare? Quidam id affirmant. Et ducuntur, quia, c. nec vxorem. 33. q. 4. interdictum traditio vxoris eo tempore. Cuius ratio nulla alia esse potest, nisi vt vitetur copula carnalis. Secundum, quia, c. non oportet, el. 2. 33. q. 4. decernitur separandos esse celebrantes nuptias his diebus: quod nequaquam fieret, si copula non esset tunc prohibita, sed sola solemnitas. Non enim feret personarum separationem, sed alia penitentia imponeretur. Pena enim non debet culpæ quantitatem excedere. c. quæ sunt, de his quæ sunt à maiori parte capituli. l. Sancimus. cap. de penis. Tertium, quia etiam matrimonio consummato non licet tempore orationis, & ieiunij vacare copule: ergo à fortiori non licet consummare: quia turpius eicitur, quàm non admittitur hospes. c. quemadmodum, de iureiur. Ita glossa. c. vir cum propria. 5. hinc etiam, sine. 33. quaest. 4. & c. capellanus verb. quocumque, de ferijs, vbi Anton. nu. 9. Baldus in sine, Petrus, & Abbas antiquus, quos refert, & sequitur ibi Ioan. And. n. 4. Panor nu. 4. Cardin. ad finem, Immola nu. 1. notabili. 1. Rainerius summa tit. de impedimento feriarum, in principio. Host. summa. tit. de matrimonio contra cōtra interdictum Eccl. num. 3. paulò post principium. Bertachinus in suo repertorio, littera. M. verb. matrim. verb. matrim. consum. Henricus. c. final. n. 3. defrigid. & malefic. Ioann. de Friburgo summa confessorum, lib. 4. tit. 17. q. 1. Palud. 4. dist. 32. q. 1. ar. 4. n. 20. D. Anton. 3. p. tit. 1. c. 17. sine. Rosella. verb. impedimentum, impedimento. 17. ad finem. Ang. verb. debitum nu. 1. & matrimonium, 3. impedimento. 2. ad finem. Syl. matrimonium. 7. q. 2. post dictum. 5. dubio. 3. Tabiena verb. impedimentum, impedimento. 14. q. 2. nu. 3. fin. Caiet. summa verb. matrimonium. c. vltim. §. in publico autem loco vbi Armilla, nu. 64. & verb. nuptia. in vnico. Montaluis. l. 18. in sine. tit. 2. p. 4. & ibi Gregor. Lopez verb. por palabras. Gaeta repetitione. c. ad limina. 30. q. 1. §. 4. num. 549. sine. Alexander in suo Enchiridion. 2. p. præcepto. 6. vbi de statu matrimoniali. §.

si à dominica. Pedraza summa, præcepto. 6. §. 18. Bartholomæus à Ledesma de matrimonio. 60. fin. Grassi. 2. p. decisionum, lib. 2. c. 13. nu. 15. Et tandem Astenis summa. 2. p. lib. 3. tit. 50. art. vnico. q. 1. duplicè opinionem refert, neutramque decedit. Discordant autem alij ex his Doctoribus, quia quidam asserunt tunc esse mortale consummare, sic colligentes ex Paludano dicentem, in casu quodam speciali non esse peccatum mortale, docent. D. Anton. Rosella, Angelus vtroque loco, Ioannes de Friburgo, Syl. Tabiena, Alexander nuper citati. At alij solam culpam venientem agnoscunt. Quòd nõ contra præceptum, sed contra illius finem fit. Ita Caiet. Armilla, Pedraza, Bartholomæus à Ledesma eodem loco allegato. Et non esse mortale, non dicendum an sit veniale, docet etiam Veracruz. 1. p. speculi, ar. 4. concl. 5. Et non tantum consummationem petendo, sed etiam reddendo, damnatur venialis culpæ Bartholomæus à Ledesma ibi. Quare apertè sentit non teneri alterum coniugem eo tempore reddere ad primò consummationem matrimonium. Si enim teneretur, nõ peccaret venienter reddendo, immo mortaliter denegando. Quod etiã sentiunt Abbas antiquus, Petrus, Ioann. Andreas, Gaeta proximè allegati, dicunt enim coniugum tunc petenti ob stare temporis exceptionem. Temperant tamen quidam ex his Doctoribus, quando eo feriarum tempore consummatur prima vice matrimonium, nõ semel iam consummato dicunt non esse mortale, deinceps vacare copule. Ita Rosella, Syl. Angel. Caiet. D. Anto. Pedraza proximè citati. Tabiena. verb. impedimentum, impedimento. 14. q. 2. nu. 3. fin. Greg. Lopez. l. 128. verb. por palabras tit. 2. p. 4. Secundum temperat, nisi vxor sit ritè benedicta. Sic Palud. D. Anton. Rosella, Syl. ibidem. Tertium limitant, nisi coniuges sint vidui. Sic Angelus matrimonium. 3. impedimento. 2. sine. Sed hanc limitationem rejiciunt Panor. Cardinalis, Syl. Alexander hoc nu. allegati. Rosella verb. impedimentum, impedimento. 17. in principio. Tabiena ibi, impedimento. 14. q. 1. nu. 2. Grassi. 2. par. decif. lib. 2. c. 13. nu. 15.

Alij verò Doctores non ita rigidè sentiunt, sed dicunt hoc feriarum tempore, minimè speciali præcepto interdicti copulam coniugalem, sed generali præcepto quo tempore orationis, quale est hoc, prohibita est: vnde dicunt minimè tunc prohiberi reddere: de petitione autè sic distinguunt, si causa

vitandę fornicationis, vel prolis, dicunt vacare culpa, si verò causa voluptatis, esse culpam lethalem. Sic Goffredus summatit. de matrimo. contracto contra interd. Eccl. nu. 3.

23 Catero aduerfus vtramq; sententiã, mihi persuasum nullã esse prohibitionem consummandi tũc matrimonium, ratione illius temporis, quare etiam primam consummationẽ vacare proffus culpa ex hac parte, nisi alia circumstantia mala vestiatur: tũc enim erit culpa iuxta qualitatem circumstantiã, qualis esset quouis alio tempore, quo eadẽ mala circumstantia cõcurreret. Ducor, quippe nulla est prohibitio talis consummationis. Textus enim nu. 11. allegati solam benedictionem nuptialem, traductioneq; spõsã eo tempore prohibet: nec traductio interdicitur causa vitandę copulę, sed propter vanã lætitiã signa illã comitari solita, quare temporis illius sanctitatem dedecet (vt probauit, nu. 16. & 18.) Deinde, quia si ob temporis reuerentiam prohibita esset tunc consummatio, non minus sanctitati illius detrabitur per primam consummationem, quam per frequentes, & siue spõsa sit benedicta, siue non. Cũ tamẽ Doctores cõtrarij in hoc duplici casu copulam excusent. Tandem, quia tẽpore orationi dicato multo verior sententia est, vacare culpa copulã cõiugalem, & solum esse consilium tunc abstinere, vt dicemus lib. 10. tota disput. 12. Et ideo hanc sententiam sustinent (sicẽ nõ ita expressẽ, at valde faueant,) D. Thom. 4. d. 32. q. vnica, artic. 5. quæstiuncula. 4. ad. 2. & Turrec. non oportet, el. 1. 3. q. 4. artic. 1. n. 1. ad. 3. vbi admittit indistinctẽ esse licitũ ijs tẽporibus petere, & reddere. Et tenent

expressẽ Petrus de Soto lect. 14. de matr. 5. huic proximi est. Nau. summa Latina. c. 22. nu. 71. & Hispana. c. 28. additione ad c. n. quauis Hispana. c. 22. n. 71. solũ explicuerit non esse mortale. Antonius Cucus lib. 5. inst. maiorum, tit. 12. n. 10. Causalcan. in suis decis. 2. p. decisione. 12. de contractibus, in ordine. 8. n. 17. Bellarm. lib. 1. de matr. c. 31. ad finem. §. in altero. Vega. 2. tom. summa. c. 34. casu. 179. Philiar. de officio sacerdotis, tom. 1. p. 2. lib. 2. c. 4. Emmanuel Saffumma verò. matrimo. n. vbi de impedimentis non dirimentibus. n. 2. Ludouic. Lopez 2. p. instruct. de matrimo. c. 46. fine. Et clarẽ sentit Petrus de Ledelm. de matr. q. 58. art. vnica. columna penultima, dicit enim omnia esse licita eo tempore præter traductiõẽ vxoris, nuptiarum benedictionẽ, & coniuuij celebritatem. Ex quo clarẽ inferitur petenti tunc debitum non posse opponi exceptionem temporis, sed ea non obstãti esse sub præcepto reddere.

Ad argumenta num. 21. proposita respõdetur. Ad primum dic, non eam esse rationem, sed vt vana, & festiua lætitię signa vitentur, vt probauit nu. precedenti. Ad secundũ dic, eam pœnam non imponi eodẽ quod consummatum fit matrimonium eo tempore, id enim non est prohibitum, sed quia nuptię sunt benedictę, & sponsa solemniter traducta: nec eam pœnam excedere culpę quantitatem: quin potiũs cũ coniuges circa matrimonium deliquerint, meritõ ipsius matrimonij separatione ad tempus puniuntur. Ad tertium negandum est id prohiberi tempore orationis, vt numer. præcedenti diximus.

DISPUTATIO OCTAVA.

An tempore interdicti, & cessationis à diuinis, liceat matrimonium inire, ac nuptias benedicere:

SVMMARIVM.

R Efertur opinia asserens matrimonium non posse contrahi tempore interdicti, nu. 1. Potest licitẽ contrahi, nu. 2. Tempore cessationis à diuinis potest matrimonium, & quacũq; alia sacramenta celebrari possunt, quæ interdicti tempore sunt permissa, nu. 3. Validum est matrimonium contractum tempore interdicti, nu. 4.

Contrahentibus specialiter & personaliter interdictis, licitum est inire matrimonium, numer. 5. An possint Sacramenta permisa tempore interdicti, ministrari in Ecclesia specialiter interdicta, nu. 6. Possunt denũtiationes matrimonij tempore interdicti fieri, nu. 7. Soluuntur argumenta, nu. 8. Refertur sententia docens posse benedictio-

nes nuptiales tempore interdicti conferri, nu. 9. An illa, quæ dicitur in interdicto non possunt tunc conferri, nu. 10. An possint hodie & benedictiones, & cetera officia, Ecclesiastica celebrari, seruata moderatiõne, c. alma mater. de sent. excom. in 6. no. ad sponsi habeant diploma. nu. 11. An id habeat verum in speciali interdicto loci, an etiam in generali, nu. 12. An illa moderatiõne liceat extra Ecclesias tempore interdicti, benedictiones nuptiales, & alia officia diuina peragere, nu. 13. An possint similiter ea omnia tempore cessationis à diuinis, eum illa moderatiõne celebrari, nu. 14. An in festiuitatibus in quibus iure suspenditur interdictum, liceat publice, & solemniter benedicere nuptias, & cetera officia celebrari, nu. 15. An si tempore interdicti benedicantur nuptiæ die Natalis Christi, vel Paschalis, contra regulam interdicti, & incurritur irregularitas aduersus contrahentes lita: vel solius præcepto in eo dicenti eo tẽpore benedictiones? Et similiter, an obligatas ex voto, vel irregulari constitutione ad carniũ abstinentiam, peccet aduersus ius commune prohibentesum illarum feria sexta, si illis vescatur feria sexta, in qua in idit Natale Dominice. Et explicatur e finale de obseruat. iorn. & an sublato voto per dispensationem, vel irrationem, vel prelatõ dispensante in constitutione, liceat vesci, nu. 16. An liceat in prediõs festiuitatibus officia non propria diei peragere, ac nuptias benedicere non celebrata missa propriis diebus, nu. 17. An liceat in eisdem idem officio, tempore cessationis à diuinis, & vel si Ecclesia sit speciali interdicto supposita, nu. 18. Num siue vir, siue femina interdicti sint, liceat illis benedictiones recipere in loco non interdicto, nu. 19. Satisfit argumentis. Et enodatur regula accessorium de regulis iuris, in 6. nu. 20.

¶ Vplex inuoluitur questio disputanda in presenti disputatione. Prior est de matrimonio tempore interdicti celebrãdo. Posterior de benedictionibus nuptialibus eodem tẽpore conferendis. Circa priorem quæstionẽ, sentiunt aliqui nefas esse tempore interdicti matrimonium contrahere, lectus de spõsalibus. Ducuntur, quod nulla tempore interdicti sacramenta ministrari possint, præter excepta. c. alma mater, quod est finale,

verũ nulla, de sent. excom. in 6. Nem facta generali prohibitione, id omne veritẽ censetur, quod expressẽ cõcessum minimẽ reperitur. Clem. 1. 5. porto vers. nam vbi, de verb. signifi. At matrimonium excepti non est. Et confirmatur, quia sicut eodem. c. finali excepta sunt sacramenta penitentia respectu eorũ non agnorum, & iure alio excepta, nisi mirum, bapismus, & confirmatio, & Eucharistia per modum viatici. c. non est, de sponsal. & c. quod in re, de penit. & remiss. similiter si matrimonium concessum esset, exciperetur. Secundum, quia rationes ob quas præfata sacramenta tunc permittuntur, cessant in matrimonio. Cũ ex negatiõne matrimonij minime subtrahatur Ecclesijs debitõ honor, nec hęcresis pululenta. Quæ sunt rationes assignatæ. d. c. finali eodẽ vel maxime quod si necessitas in eundẽ matrimonij œcurat, possit id extra locũ non interdictum, commodõ fieri: ac proinde non est cur in loco interdicto cõcedatur argumento. c. si sententia. §. ceterum, de sent. excom. in 6. Tandem, quia hodie cũ matrimonium absque parochi presentia consistere nequeat, parochus quodammodo est minister. At parochi interdictum est eo tempore: quare sacramenta ministrare, demptis penitentia, & Eucharistia mortentibus, ac baptisimo. Et ideo huius sententię est Vgolius de cõfessis, vbi de interdicto, tabula. 5. c. 7. §. 3. nu. 1. & c. 10. §. 1. nu. 1. Verũ absq; dubio dicendum est posselicitẽ matrimonium iniri tempore interdicti. Constat ex c. capellanus, de ferijs, vbi habetur eam esse Romanã Ecclesiã constitutum vt matrimonium quocũq; tẽpore contrahatur. Deinde, quod ea sola sacramenta censentur tempore interdicti vitia, quæ purẽ sacramenta sunt, & omnino spiritalia. At matrimonium est contractus quidam naturalis, cui per accidens adreicit Christus dominus sacramenti rationẽ. Pio hac sententiã citatur communiter Glossa. c. alma mater. verb. sacramentis, de sentent. excom. in 6. at id non dicit expressẽ, sed validum esse matrimonium eo tempore iniri: at id inuuit, cùm sermo ibi habeatur de permisis tempore interdicti. Et tenent expressẽ Innoc. c. non est, in fine, de sponsal. & ibi Host. fin. Ioan. Andreas nu. 5. Anton. nu. 10. Abb. nu. 8. Cardinatis. n. 4. q. 1. Præposuit. 7. Alexander de Neuo. n. 2. 1. & sequenti Anchar. fin. & d. c. alma mater. n. 1. 10. vbi Fracũs in principio. nu. 3. Calderin.